

CHRISTOPHORI BESOLDI

JCti.

OPERIS POLITICI:
VARIIS DIGRESSIONIBVS
Philologicis & Iuridicis
illustrati,

EDITIO NOVA.


REIPUBLICAE NATURAM ET CONSTI-
tutionem; ejusq; in omnibus partibus gubernationem: Li-
bellis duodecim (quorum seriem versa pagella
refert) absolvens.



ARGENTORATI.

Sumptibus Hæredum Lazari Zetzneri.

ANNO M. DC. XLI.



SERIES ET COL-
LOCATIO LIBELLORUM PO-
LITICORUM, C. B. QUIBUS INTE-
grum ferè absolvitur Politi-
cum systema.

- I. *Principium & Finis Doctrinae Politicae, hoc est, Dissertationes duae, quarum una praecognita Politices proponit. Altera, de Republica curanda agit.*
- II. *Dissertatio de Majestate in genere: ejusque juribus specialibus, in tres sectiones distributa. Accedit tractatio singularis, de Republica Statu mixto.*
- III. *De Monarchia, Aristocrazia, Democracia, & Reipubl. Statu subalterno. Ut & de Reipubl. formarum inter sese comparatione.*
- IV. *De Tribus Domesticae Societatis Speciebus. Ut & de Jure, ordinibusque Civium.*

PRINCIPIUM
ET FINIS
POLITICÆ
DOCTRINÆ.

Hoc est:

DISSERTATIONES DUÆ

QUARUM UNAS

*PRAECOGNITA POLLI-
tices proponit:*

ALTERAS

*DE REPUBLICA CV-
randa agit.*

AUCTORE

CHRISTOPHORO BESOLDO JC.



ARGENTORATI,
Sumptibus Hæredum LAZARI ZETZNERI.

M. DC. XLII.

Waremund de Erenbergk. *tract. de Regn.*

subsid. cap. 15. num. 4.

Natura quasi ducente, politicam veritatem amavi, & scriptis etiam quantum potui, (post paucos in Germania) exornavi, propagavi. Videbam enim Rempublicam Politicam carere non posse, & turbatam Juris Romani scientiam, illam superiorem fore. Sed tamen cum Andrea Knichen, in *præfat. de Rom. Imp. Autocrazia*. vereor; ut seculum nostrum eruditum, nec eruditum; in Politicos, tam theoreticos, quam practicos, sciolos & diaculos tandem desinat.

AD ZOILUM.

*Quid frontem caperas? quid stringis, Zoile, dentes?
Multa scio carpes, quam capies citius.*


3

LECTORI LIBELLORUM MEO- RUM POLITICORUM SALUTEM



Omponere aliquid in quacunq[ue] arte, laudabile est. *Card. Tusch. lit. c. concl. 498. vid. Lactant. de opif. Dei in fin. operis. Ideò quamvis, (vel Cicerone monente) sat cognitum habeam atq[ue] perspectum; disputare de Republica: rem esse magnam: & discursus de Statu, cibum esse stomachorum magnorum; ut ait Politicorum prudentissimus, Antonius Perez. in aphor. fol. 70. Nemo tamen sine vitio mihi (ut puto) vitio verret; necessarium & nobile studium hoc, si me à quoq[ue] operà qualicunq[ue] aditum eam: & insimul amicis de auditoribus meis, gustum præbeam questionum perdifficillimarum, & quæ hodiè in disceptationem maximè vocantur, ne cum venerint in theatrum, mundanam spectaturi vanitatem, super lapidem (ut ille ait) sedeat lapis. Non aliquam descripsi civitatis Ideam; hoc est, talè Reipub. formam, qualem esse velim, ex meo sensu: id quod Plato, Morus, Campanella, V. Andrea, aliq[ui], fecerunt. Sed de Politis, jurèq[ue] publico disserto, qualia nunc sunt, vel fuerunt olim; id quod proderit forsàn, cum ad Historicorum, tum rerum, quæ indies geruntur aliqualem dyjudicationem. De litibus porrò, non Politicis solum, sed & Religiosis, quas hodiè Discordia Dea, pariter ut olim Dissidiū pomum, inter Reges & Magnates projicit; non nisi rectis Rhadamanti decretis (quæ sola judicij fructum sortiuntur inculpatum) pronuntiandum esse scio: & earum nihilominus subindè feci mentionem; absq[ue] præjudicio enim, de iisdem differere aliqua, prohibitu hanc unquam censetur. Et ego omnia discutienda magis à lectoribus; quàm statuta ac definita soleo semper proferre. Qui quarunt cautà sollicitudine veritatem, parati cum invenerint, cedere; Hæretici non sunt, ait D. Augustinus. Puto hanc libertatè, multò minùs in politico scripto mihi denegatam iri. Namq[ue] hic cū primis, præscribo, imò adjuro tibi, Lector, quisquis es: ea, quæ de reb. disputo gravissimis, non judicare me, sed differere. Hanc decisionis me agere Arbitrum; sed Quæsitore instar, urna præesse, variorumq[ue] auctorum, hinc inde colligere, & (quod unum ex meo,) ordinatum aliquantum disponere vota. Nolo, ut mihi ullà in re, sed rationib[us] & allegatis credatur (pio ac spirituali judicio dyjudicatis) aliorumq[ue] opinionis, nudus esse volo relator. Si unus atq[ue] alter, in suam me sententiam deduxit, factu hoc, cum pietatem, rectam rationem & publicam tranquillitatem, alicui suffragari putavi. Ac quoq[ue] parere loco & temporis iniquitati quandoq[ue] cedere,*

Discursos
de Estado
vianda pa-
ra grandes
citomages



Dissertatio Prima.

PRÆCOGNITA PHILOSOPHIÆ
COMPLECTENS.

CAPUT I.

*Continens Philologicam Dissertationem, de differentia
divina, humanaque sapientia.*

CUM de Republica mihi dissertatio sit instituta; necessariò ab ejus initiis repetendum existimavi, *arg. l. 1. de orig. jur.* Sed priùs tamen, sua Encyclopædià Philosophicà, Politicà designanda est sedes. Quæ res ut altius transferatur, reputo operæ pretium esse. Ad id quod bonum videtur, actiones suas universas referunt universi. Aristoteles, *lib. 1. Ethic. cap. 1. & lib. 1. polit. cap. 1.* Ac naturaliter, tam mali, quàm boni, desiderant quietem seu pacem; & omnes æqualiter laborant, ut vitam beatam, seu felicitatem consequantur; ob insertam nempe veræ beatitudinis cupiditatem. Kempis, *3. cap. 54. a princ.* adde Fr. Thomam Campanell. *de sensu rerum & Magia, lib. 2. cap. 26.* Nemo vult peccare, sed omnes decipiuntur. Nemo nisi invitus peccat. Malum ut malum, nullo appetitu appeti potest, nisi per accidens. Manuel. Paleologus, *Oration. 2.* B. Thomas, *part. 1. summa quest. 19. art. 9.* Et sic in vitis Patrum, *part. 2.* Senioris cujusdam apopthegma refertur; si videris aliquem peccantem, ne mittas culpam in eum, sed in illum, qui impugnat eum; apud temetipsum dicens: Væh mihi, quia sicut iste nolens victus est, sic & ego hodie vel cras; & plange, & inquirere Dei solatium, Sanè bonum, nec in universali, neque in particulari, odio haberi potest, & inde B. Thomas concludit; nec veritatis odium esse potest apud aliquem, *12. quest. 29. art. 5.* Præclare Divinus Eccardus (in der Predigt am dritten Sonntag nach Ostern/der Postill Tauleri beygefügt) alle Creaturen / die jagen vnd wirkend / Natürlich darumb / daß sie Gott gleich werden. Der Himmel lieff nimmer / jagte vnd suchte er nicht Gott / oder ein Gleichnuß Gottes. Were Gott nicht in allen Dingen / die Natur wirckte noch begerre nichts an keinen Dingen: Wann es sey dir lieb oder leid / du wissest es oder nicht (doch heimlich) in dem müssen suchte die Natur / vnd meyner Gott. Nie kein Mensch gedürst so sehr / der ihm trincken geb / er begerre es nicht / were nicht etwas Gottes darinn / *rc.* S. Dionysius Areopagita, *de divin. Nominib. cap. 4 fol. m. 207.* Si planè, omnique ex parte bonum sustuleris, nec essentia erit, nec vita, nec appetitus, nec motus, nec quicquam aliud. Quod omni ex parte bono est privatum, id nusquam nullo modo fuit, aut est, aut erit, vel esse potest. Ita etiam boni est particeps, hoc ipso, quod movetur, cupitque ea, quæ mala videntur, ad id quod bonum videtur dirigere & convertere, &c. *Ibid. fol. 217.* Malorum
etiam